REGINALDI POLI CARD. AMPLISSIMI LIBER, DE CONCILIO.

EIVSDEM DE BAPTISMO CONSTANTINI MAGNI IMPERATORIS.

REFORMATIO ANGLIAE. EX DECRETIS EIVSDEM.

Acceſsit rerum, & uerborum memorabilium index.

VENETIIS,
EX OFFICINA IORDANI
ZILETI, M. D. LXII.

Cotareni de pte põtificis
eiusdez conciliorz in magis illustrat sũma

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

AD PIVM IIII. MEDICEM, PONT. MAX.

IN LIBRVM REGINALDI POLI CARD. DE CONCILIO,

PAVLI MANVTII ALDI F.

PRÆFATIO.

OPTIME conſuluit Eccleſię ſuę Deus, atq; humano generi uniuerſo, cum in tanta rerum omnium perturbatione, & extremi iam periculi metu, Vicarium te ſuum, Pie IIII. inter homines conſtituit, ut omnibus malis prudentia tua medereretur, nosq́ue a ſummis difficultatibus, vel impendenti potius exitio ereptos, ad ſummam tranquillitatem, & optatam antea magis, quàm ſperatam felicitatem traduceret. itaque nunc, tuis adducti præſtantiſsimis & conſiliis, & factis, maxime vero tua freti iuſtitia, quæ tibi prima, & antiquiſsima virtus eſt, fuitq́ue in omni uita, boni viri ex omnibus Italiæ partibus, atque etiam ex tranſalpinis gentibus multi, ad Vrbem confluunt: &, quia tuas omnes curas eo ſpectare vident, non

REVERENDISS. ET ILL. Ioan. Mariæ Card. de Monte, et Marcello Card. S. Crucis, Tridentini Concilij Legatis, Reginaldus Polus Card.

S. P. D.

CVM negotij ipſius grauitas, & magnitudo, cuius mihi uobiſcum onus eſt commune, me crebro admoneret, ut accuratius de eo cogitarem, &, quo firmius in mente inhęrerent cogitata, ea litteris mandarem: tum uero coniunctionis noſtræ ratio in eodem Legationis munere, ut nihil uos in cauſa communi, quod quoquo modo ad eius explicationem pertineret, cęlarem, uerum omnia uobiſcum cõmunicarem, facile me adduxit. itaque cum in urbe primum, ubi me poſt diſceſſum ueſtrum ſummi Pontificis benignitas mẽſem integrum retinuit, quòd rationibus meis ita conducere arbitrabatur, uacatione ab omnibus publicis muneribus utens, me totum huic cogitationi dediſſem; plura autem in mẽtem uenirent magna animaduerſione digna, & cognitu pneceſſaria; ea quidem omnia, quaſi in capita quædã collecta, & per quæſtiones diſtincta, ad uos mittere

VENETIIS,

EX OFFICINA IORDANI
ZILETI. M D LXII.